



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergae, 1583

VD16 ZV 20638

Secvnda Regvla. De Collateralibus in linea æquali.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56560

est supputatio. Ut, Ioseph distat tertio gradu ab Abraham, Iacob secundo, Isaac primo gradu. Itaque filius primum gradum constituit, nepos secundum, pronepos tertium, ab nepos quartum. De re et a linea traditur sententia: Nulos ascendentes & descendentes inter se posse connubium contrahere. Quare si Adam hodie superstes esset, non posset ducere uxorem.

SECUNDA REGULA.

De Collateralibus in linea
æquali.

Quoto gradu distat alter à communi stipite, toto gradu inter se distant: Ergo duo fratres, seu frater & soror, unum gradum tantum constituant, videlicet primum. Quare Iacob primo gradu iunctus est Esau.

Æacus

Peleus

Telamon

Achilles

Ajax

Pyrrhus

Iam si vis scire, quoto gradu inter se iuncti sint Achilles & Ajax vide alterutram seriem, et obserua quoto gradu distet Achilles à stipite, distat autem secundo gradu, quare & inter se distat Ajax & Achilles secundo gradu. Ad hunc modum facilis est sequentium personarum supputatio.

Nunc inter Collaterales prohibita sunt connubia

du ab
du. I-
secun
De re
entes
ntra-
, non

uam inter quartum gradum, olim fratrum filijs
filialibus licuit inter se contrahere commubia, e-
niam Romanis legibus, ut docent Institutiones.
Orestes duxit consobrinam Hermionem. Id
ideo recito, ut nunc concedi velim, sed ut
considereremus, quæ prohibitiones sunt Iuris diuis-
uæ sint Iuris humani.

Atreus

<i>Agamemnon</i>	<i>Menelaus</i>
<i>Orestes</i>	<i>Hermione</i>

Simile est exemplum in Genesi.

Bathuel

<i>Rebecca</i>	<i>Laban</i>
<i>Jacob</i>	<i>Rachel & Lia</i>

Iacob iunctus est consobrinae suæ Rachel sec-
undo gradu.

TERTIA REGVLA.

Collateralem in linea inæquali, quo gradu
remotior distat à stipite: toto inter se distant.

Thare

<i>Abraham</i>	<i>Haran</i>
	<i>Sara.</i>

Sara distat secundo gradu à stipite: Ergo &
Iabrahe iuncta est secundo gradu. Hac gradu in
linea inæquali prohibita sunt coniugia iure di-